



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

Vita S. Maclouij Episcopi & Co[n]fessoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](#)

VITA S. MACLOVII EPISCOPI ET CONFES-
SORIS, AVTHORE SIGEBERTO MONACHO GEM-
blacensi: Claruit is Sigebertus Anno 1100.

EPISTOLA AVTHORIS AD TIETMARVM ABBA-
tem Gemblacensem.

VITA p̄fissimi confessoris Christi Maclovij, qui etiam Machutes di-
cūs est, diligenter, quantum ad veritatem historiæ, antiquorum sty-
lo erat exarata: fed quia minus ordinatè digesta, minus composite
descripta, ad hæc barbarismis & soleocismis nimis erat confusa, lon-
go obliuionis & negligentie situ adeò latebat obducta, ut quasi nul-
lius auribus digna, iam ab hominum rēcesserit memoria. Sed con-
siderato, quia non omnino perdit astimationem precij preciosum
metallum, quanvis iaceat rudere terra infossum, vel scabredine rubiginis decolora-
tum: placuit, venerabilis pater Tietmare, tua paternitati, vt iuberet mea pufillati,
vt inspecto historiæ textu, & pro posse eraso vitorum contraētu, meliorarem illam
quantulocunque sermonis cultu. Ego qui iussioni contrauenire non debui, opus in-
iunctum executus sum, non quidem vt volui, sed quomodo pro ingenij tenuitate va-
lui. More enim rusticani fabri opus iniunctum aggressus sum: qui follibus sufflando,
& malleis tundendo, elicit scoriam de rudi massa preciosi metalli, vt paratori redda-
tur operosi artificis manui, ostendendo alijs splendorem materiei: vt si quis velit ex-
ercere vim sui artificij, injuierat materiam paratam suo usui. Ergo quod facile factu In hac vita
videtur, faciam: nimis ut superflua demam, vitiosa corrigam, confusa ordini red. expolienda
quid pra-
ficerit Au-
thor.

EIVSDEM PROLOGVS IN VITAM S. MACLOVII.

Preconia sanctorum, quæ valde sunt in oculis Domini preiosa,
nullatenus sunt reticenda, verum omni memoria tradenda. Nihil
ominis credendum est, omnipotentis Dei virtute facta esse san-
ctorum miracula pro felici eorum vita, prius cordibus eorum cæ-
lesti munificentia indita. Ergo primùm indaganda est amicorum
Christi vita, vt dum eam studemus imitari, proficiat nobis virtutes
eorum mirari. Siquidem nihil nos iuvat stupere miracula, sine fe- Imitandi
sunt sancti.
lici vita imitatione proficia. Iamnunc beati viri vita ad medium ducatur, vt dum
eius merita recolendo ad eius imitationem animamur, intercessionis gratiam in op-
portunitatis habere mereamur.

VITA.

CAP. I.

ANCTVS igitur Maclovius nobilitate parentū apud Novib[ri]s,
homines seculi inter suos non mediocriter inclitus, ci-
tra oram Britanniæ maris fuit editus. Pater eius Guent Parentes S.
Maclovij.
nomine, Comes fuit, qui vrbis Gimicastrū vocata, con-
ditor exxit. Matrem ipsius Darual appellatam accepi-
mus. Et quia in omni rerum euentu nunquam abest Dei
dispensatio, patuit etiam in huius sancti viri nativitatis
exordio. Natus est enim in die sancto, quo omnis mun-
dus Paschalis solennitatis celebrabat gaudia: vt in die,
quam fecit Dominus, vt exultemus & latemur in ea, eti Psal. 117.
am hoc gaudij mortalibus adderet diuinæ pietatis gra-
tia. In huius quippe articulo diei nati sunt in ipsa vicinia Nota de 33.
etiam alij trigintatres pueri. Quod quia creditum est dispensatua Dei ordinatione fa-
ctum, placuit parentibus omnium, vt qui nascendo sortiti fuerant viuis contemporali-
tatis exordiū, vni in Christo tenerent vivendi cōtubernium. Nam omnes simul cum
S. Maclovio scholaribus studijs eruditæ, omnes simul diuinæ seruituti sunt mancipati.

Ii CAP.

URIUS

900
1000

RVIII

S

NOVEMBER.

CAP. II.

374

Bonæ itaque indolis pueri electo à Deo ad beatitudinis opera exequenda, iam
Prou. 20.
Thren. 3.
Scriptura
divina quid
conferat.
Castigat
corpus suū.

Truncatur puer, si munda sint opera eius. & : Beatus qui portauerit iugum ab adolescentia sua. Ab ipsis enim infantia annis occupationi secularis vanitatis abrenunciavit, & libertati diuinæ seruitus se sociavit. Qui, vt pleniū haberet scientiam doctrinæ & cognitionem Dei, arctius se addixit sanctarum scripturarum eruditio: in cuius rei intentione ociositas, quæ inimica est animæ, reprimitur: in cuius meditatione Deus agnosciatur, in cuius executione vita æterna acquiritur. Appetebat scientiam, quæ per charitatis humilitatem edificat: refugiebat illam, quæ per vanitatem elationem inflat. Incipiens etiam corpus suum castigare, & illud in seruitutem spiritus redigere, assuecebat simplici viçtu & vestitu contentus esse, vilipendens corporis figura, indignum ducens distendi ciborum copia, nè aliquo modo dominaretur animæ suæ per indulgentiam corporalis necessitatis carnis petulantia. Ideo exceptis his, quæ expetebat simplex necessitas naturæ, reliqua omnia expendebat in operi eleemosyna.

CAP. III.

Deus ergò, qui seruos & prophetas suos aliquando etiam in ipso matris ventre sanctificare, non distulit seruum suum in primæua æratula sua virtutibus & signis mirificare, qui iam in ipsa infantilis ætatis simplicitate non desistit per hanc intentionem se ipsum ad seruendum Deo preparare. Dum quodam die cum coœvis sibi pueris ludenti gratia processisset ad litus maris, alijs in ocioso ludenti negotio intentis, hic humi reclinato capite, somno cœpit indulgere. Cum submersu inundando redeuntis maris aëstu adueniente, quod secundum Lunæ cursum in mari Britanniae fieri est solenne, reliqui pueri fuga consulunt vitæ suæ, illum dormientem in tanto periculo non occurrentes excitare. Sed puer ad salutem multorum nam non longè absuit Dei protectione, procurata magno rerum miraculo. Nam cum vndique aquæ circumfluerent, & vnde vndis superuenientes cum feruore tumendo circunstrepenter, & tamen circunducto vndique circulo, locum in quo puer iacebat, attingere non auderent, omnipotentia Dei fecit illic insulam excrescere, quæ usque ad summum æquoris porrecta fuī altitudine, futurum Christi antislitem erat à mortis discrimine. Tam verò inopinato in oculis omnium apparente miraculo opera parentum suorum citius procurato nauigio, educatus est placitus Deo puer de maris periculo. Nè autem unquam à memoria excideret huius facti nouitas, & ut per hoc magis claresceret beati viri sanctitas, eandem insulam usque in hodiernum diem permanere fecit diuinitas, & vt credimus, usque in finem hanc pro testimonio habet posteritas.

CAP. IV.

Post sanctus Maclouius de adulta infantia transiens in pueritiam, quanto amplius rem diuine inspirationis cum cimento ætatis hauiriebat gratiæ, tanto avidius erat que instantiū cor suum preparabat ad apperendā Angelicæ vitæ sanctimoniam. Se ensque ex ore Domini, beatitudinē videndi Deum promissam esse mundis corde, in ipsis pueritie rudimentis se deuouit operibus munditię. Voles enim placere Deo corpore & spiritu, elegit omnem etatem suam agere in virginitatis coelibatu. Sicut enim testa recens, quo semel est imbuta, diu feruat odorem; ita & ei virile visum est, rude corporis sui aptare quamprimum ad sanctificationem & honorem, nè corrumperetur per carnalis desiderij passionem. Quod vt liberiū & perfectiū posset exerci, per permanentem deuotionem & propriam voluntatem assumpit habitum ordinis monasticum. Amplectitur vitia monasticam.

Vbi positus sub regulatis disciplinæ custodia, quā strenuū & promptū se exhibuit, præ ceteris in obedientia, saltem ex hoc probari poterit, quod inuidia coequalium frumentum carere non potuit: quæ semper ex aliorum profectu & gloria nascens, in sepe contabescit. Patiebatur enim inter coœuos suos, quod Ioseph olim passus est inter fratres suos. Ioseph polymita tunica à patre donatus, & ab eo plus cunctis fratribus amatus, quia fratrum vita carpebat, inuidiam sibi consflauerat. Hic etiam, quia rale rem perfectionis tunicam, & virtutum colore variatam à Deo meruit, qualiter suorum inuidiam effugere non potuit. Mos est ordinis illius, pueros ferre hebdomadis lucernam cum luce ante pedagogum suum, quando nocturno tempore intrant vel exiunt oratorium. Adueniente ergò hebdomada felicis pueri, compares

extinxerunt ignem, quo debebat lucerna accendi: optantes, ut saltem pro hac offensa sufferret verbera magistri. Quid ageret simplicitas pueri? Ad officinam, vbi ex annis aqua infusa atque decoctis conficiebatur cereuifia, cucurrit, & ignem sibi dari a ministro petijt. Sed nec in crudo rustici peccore diabolice inuidiae malitia defuit. Aspernatus enim supplicis pueri humilitatem, negavit porrigerere ignis fomitem.

Vide mira-

lucernam accendam recurrebat gressu celeri. Sed inueniens eam iam accen-

culum.

Luc. 12.

sam diuinus, prunas excusit vestibus, quae tamen illæ omnis apparuerunt. Pæ-

dagogus geminato miraculo stupefactus, alumnis se prouoluit genibus. Et deinceps debita venerationi habitus, cum omnes anteiret gloria, tamen charus erat

omnis.

C A P. V.

Virlandus, quia Christi sacerdos erat futurus, & caput & caudam hostiæ in sacrificium Dei offerri debere sciebat, de die in diem de virtute in virtutem proficiebat, & per scalam bonorum operum gradatim ad summum perfectionis scandere laborabat. Quicquid enim in tenera ætate Deo fideliter voulit, id opportuno tempore sinceriter soluit. Ante omnia castitatis puritati operam dedit, sciens quia nisi Castitati pluriū studet.

Castitati

studet.

Luc. 12.

sinceritas vas fuerit, quodcumque infunditur, ascensit. Habens ergo præcinctos lumen

bonos

hac virtute castitatis,

etiam lucernam ardente tenebat in manibus suis, cum

per bona opera lucis exempla monstrabat proximis. Ita fideliter & prudenter gemi-

nans

Deo sibi credita

talenta

intellec-

& operationis,

quoscumque

potuit verbo &

exemplio alliceret ad propositum sanctæ conuersationis, participes & socios sibi con-

ciniunt ad scandendum iter perfectionis. Iam vero quam ei frugalitas amica fuerit, quam

ei parsimonia placuerit, quomodo vtrinque reducto fune temperantia, semper me-

diām

virtutum

viam in

omnibus

tenuerit, satis ex hoc patuit, quia ad summum san-

ctimoniam

culmen feliciter peruenit. Cuius vita rectitudine omnis populus ad meli-

orationem morum non parum directus, & miraculorum eius gloria nimis iucunda-

bus, promoueri eum fecit ad ordinem Episcopatus, vt vberius sanctificari eius bene-

ditionibus mercerentur.

Mediam in

omnibus te-

net viam.

lula.

376 superius cælum, & inferius liquorem aquarum) toto corde conuersus ad Deum, obnixiis ab eo offerri sibi locum aptum. Exaudibilis auris Dei omnipotens affuit præstò orationi utilia petentis: & qui olim periclitanti Iona certum ad salutem eius præparauit, hic etiam modo balænam præstò a deesse fecit. Cuitanta corporis vastitas erat, vt rupes esse ab hominibus putaretur: porrò eam tanta substrauerat immobilitas, vt insula stabilis esse crederetur. Sacramentorum ergò ordine a cœr dote solenniter celebrato, & viatico Dominicæ Eucharistæ omnibus deuotè distributo, quo vnico inter omnes vtriusque hominis aduersitates muniretur subficio soluto alacriter nauis retinaculo, reddunt se suscepito nauigandi proposito. Porro comitatillo erant homines numero fermè centū octoginta. Cùm ergò iam alii tenerent, felicitate fide securi, tunc demùm reducتو visu, intellectu de quanto periculio eos truerit misericors potentia Domini, qui balænani pro insula pauoratus socij se euā in medio mari, & eam substrauerat immobilitate tam stabili, vt nihil eis periculum fuisse letatur. terer. Cui tum posset esse dubium, quid ineuctabile omnes incurrisse mortis periculum, si bellua immanissima dedisset corporis suum otum? Vnde omnes latum contantes celeuma, voces gratiarum actionis vnanimiter iactabant ad sidera.

C A P. VIII.

Magnis maiora miracula succidunt, & nouitate suâ, deuotionem fidelium laudâda Dei magnalia vehementius accendunt. Cùm tantoperè pro quaeranda illa laudabilis famæ insula laborarent factum est, vt ad aliam insulam, disponentes Deo, applicarent: & potiti optata arena, dum pro relevando rædio navigationis perlustrare singula, offendunt tumulum sepulti hominis, quem fuisse gigantea mole & proceritatis, prodebat inspecta qualitas corporeæ magnitudinis. Motus ergo prius miseratione humanae compassionis, & insuper animatus vigore supernæ inspirationis, cum fidei magnanimitate & lachrymosa contritione cordis, nomen & via rem inuocat sanctę Trinitatis, & aperto loculo tumuli, suscitauit eum à mortuis. **S. Macclouius** postquam est redditus pleno vita officio, compellar eum sacerdos pio alloquio, scitans eum quis esset, vnde illuc venisset, vbi modo fuisset, si aliquando Christo credidisset. Respondit ille, se à parentibus suis occisum, ibi tumuli accepisse locum. Ponente infernalibus claustris deputatum, dirum & interminabilem tulisse cruciatum. Et addidit homo Dei: Vobis ergo, quos incredulitas deputauit poenalis inferni erga illum, est aliqua fide confessio, est aliqua sancta & indiuia Trinitatis cognitio? Et ille Planè, inquit, nobis sancta Trinitatis cognitio est, sed modo eam nō sse aut confitentem nobis prodest: immò quia in vita eam nō sse noluimus, mortaliter obedi. Ide precor, vt saltem modò merear renasci baptismo salutari: vt qui haec tenus damnatur fui morte externali, iam nunc possim èrii ab interitu infernali. Sanctus Dei, his auditus, ingreditur viam Apostolicæ prædicationis, & cum initiatum & catechizatum catholicae fidei rudimentis, confecravit & regenerauit baptismi sacramentis, & munifico viatico Dominicæ corporis & sanguinis. Superuixit autem quindecim diebus, & à mortuus ératus, morti corporali est redditus, & in eodem tumulo repositus, in generali omnium regeneratione resurrexit unus cum Christo felicius. Hæc sunt, bone Iesu, misericordia tua diuinitatis opera: hæc sunt magnifica tua promissionis munera, quibus deliter in te credentes consolatur tua clementia. Qui credit, inquit, in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Quæ quidem posse fieri per hominem, vix apud homines obtineret fidem, nisi promissum fuisset per Dominicū hominem, hæc facienda esse per fidem hominem.

C A P. IX.

Exhausito incasum navigationis labore diutino, postquam nulla spes desideriæ dolet. **Vide Rerr. filio, lib. 1. cap. 19.** Tam insulam inueniēd ad spirabat pio eorum desiderio, retractato inuicem conseruant, & per certum laborem nihil adhuc certi in animo habebant. Reuerteruntur sanctus ad uitam patriam, reddidit parentibus suis desideratam diutissime præsentiam: & quia in terris nequiuuit inuenire optata felicitatis insulam, ingenio & tu diuque dabat operam, vt in celis perpetua beatitudinis ineretur habere pietatem. Deus, qui hominem gratia sua præuenit, vt bonum velit: & sublequitur, implere poslit, eum voti sui compotè fecit. Cùm enim in hoc rotus esset, vt iam iamque perfectionis iter arripererit, cùm de more interesset Ecclesiastici officij mysteria audi-

audiuit Euangelium pronunciari à Diacono: Si quis venit ad me, & non odit patrem Luc.14.
 & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam,
 non potest meus esse discipulus: &, Qui non renunciat omnibus, quæ posidet, non Ibidem.
 potest meus esse discipulus. Et rapiens vocem ex ore Diaconi, credet hoc consilium
 sibi in tempore mandatum esse ex ore ipsius Domini, ex ipsa lectionis opportunitate
 patrem sui conuenit, legationem Dominici mandati per Diaconum sibi missam ei
 obiecit, & licentiam abrenunciandi sibi suisq; omnibus, ab eo humiliter petiit, seque-
 trans mare peregrinatione pro Christo velle fuscipere predixit. Pater diligens filium
 nimis carni affectione, quæ gaudebat rediisse de tali longinqua peregrinatione, vo-
 luit bona eius voluntati contraire. Et precurrans ad maris litus, amotis vsque aqua-
 naibus, interdixit potenter nautis omnibus, nè quis eorum filio suo facultatem trans-
 fretandi prestatet aliquatenus. Sed vir Apostolica vita, sciens Dominum præcepisse,
 Si dextera manus, vel pes, vel oculus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: mā. Matt.18.

Relictis
omnibus,
Christum
sequitur.

C A P. X.

A Scitis itaque omnibus, qui secum tenebant propositum monastici ordinis, al-
 legato quoquè magistro suo Brendano Abbatem, socio prioris peregrinationis,
 venit ad litus maris. Vbi amoris nauibus & nautis omnibus, iuxta interdictum patris
 sui, cum nulla suppetret via transfretandi, recolebat illud Psalmista: Bonum est con- Psal.117.
 fidere in Domino, quæ confidere in homine. Cumque cor ad Deum solum suspen-
 deret, ecce nauim vacuam hominibus praestò adesse videt, quam Christus ipse rege-
 bat: vir tamen sanctus puerum eum esse credebat. Qui puer mox illum ad nauigandu-
 dum inuitauit, & quorū iter veller dirigere, eum interrogauit. Respondit ille, quò
 voluntas Dominiter suum veller dirigere, eò se libenter sequi velle. Adiecit puer: In
 finu huius sali est quadam insula, quæ habitat vir sati probatus in monastica vita.
 Hic Aaron vocatur: à quo etiam locus, Insula Aaronis cognominatur. Ad hunc te Insula Aa-
 dirigam, & te ab eo officiosissime excipi, & humanè tractari faciam. Hac vice sermo-
 num intellexit tandem vir Dei, puerum cui colloquebatur, illum esse, quem inuoca-
 erat, Deum. Cumque acceleraret prouolui loquentis genibus, dicto citius euanuit
 ex oculis ipsius.

C A P. XI.

Igitur felicioris nauigationis viam aggressus, prosperis ventis & recto tenore cursus
 ad insulam Aaronis est directus, & iuxta promissum Domini, officiosa humanitate Vitæ agit
 famulo Dei est exceptus. Ibi cum sancto sancte viuebat, & cum innocentie innocen- terramicu.
 ter agebat, & factus alterius speculum, si quid in semetipsis videbant esse corri-
 gendum, aut adiiciendum, charitatia emulacione meliorabat alter per alterum. Ibi
 ergo mundi huius peregrinus permanit aliquantulum temporis, donec placuit diui-
 na omnipotenter, etiam in hoc seculo ei reddere mercedem laboris, in futuro ser-
 uans ei plenitudinem remunerationis.

C A P. XI I.

Iam fama nomen eius celebre fecerat vbique, iam omni populo erat in ore, quod
 peregrinus ille miraculorum polleret potestate, & supra homines doctrinæ afflueret
 uberare. Iam omnis populus in eius declinauerat amorem, eò quod videret in eo
 esse & pī patris affectionē, & facundi doctoris autoritatem. Quocircā cooperante
 sibi diuina gratia, fecerunt eum in thronizari in Episcopali cathedra, in urbe, quæ vo- Creatur
 caru Alerha, quæ non longè aberat ab Aaronis insula. Hanc urbem fluius, nomine Episcopus.
 Rindus, ex uno latere, ex altero alluebat mare. Illis in partibus adhuc dæmonum
 squelebat spurcitia, & iam paſsim Euangelij regnante gratia, ibi restiterant idolola-
 triæ vestigia. Accinctus itaque vir Dei gladio verbi Dei, ostendit quæ fidelis esset suo
 regi, pro eius amore aggressus debellare regnum diaboli: nec antè defitit, quæ
 infidelium corda, virtutum mirificentia, & doctrinæ affluentia ad credendum infle-
 xit, & à regno diaboli abat̄os, Christi iugo subiecit. In hac vicinia sanctus Samson
 manebat, qui beati Maclouij consanguineus erat. Hic in territorio urbis, in qua Epi-
 scopatum administrabat, non medio criter labore impendebat, vt de regno Domi-
 ni sui exturbaret paganismum, & ad laudem Dei ampliaret Christianismum. Sic in

regio-

Multos ad
Christum
conuerit.

Ii 3

URGIUS

900
1000

RVIII

5

regione illa per fortis milites Christi, diminuta est aduersa partis potentia, & dilatata est longè lateque Christianitatis magnificentia.

C A P. XIII.

Vigiliam Paschæ Christianus populus celebrabat, & in celebrandis Missæ myſtrijs sacerdos intentus erat. Et ecce tristes defuncti exhibentur exequia, & ammos audientium ad compatiendum mouent plangentium lachrymæ. Plus cuncti mouetur & ipse sacerdos, qui totus erat in misericordia, & preſtolari iubet, dum finitur Missa. Circumstante frequentia populi, monet omnes appellare clementiam Domini: vt, qui dominatur morti & vita, dignaretur per membra rigentia vitalium animæ calorem refundere. Nec longum fuit, & qui dixit, Omnia possibilia sunt credentes deuotioni fidelium adfuit: resurgit mortuus, & horrorem in cutit omnibus, & palam fecit omnino Deum fauere fideliter pertinentibus. Ut viuis adfuit, poculum vini forporrigi petijt. Quid sanctus vir faceret? Vinum quod stenti porrigeret, non habebat: aquæ poculum, quod portigebat, tangere sitiens nolebat. Iterum confortans in fide, recurrat ad fontem misericordia, petens, vt qui orationi fidelium impenderet maius, dignaretur impendere & id, quod erat minus. Mox habens ad manum vmar mirecum, leuata manu illud benedicens, vertit in vas vitreum: & infundens vmar aquam, per virtutem sanctæ benedictionis mutauit & illam in vini naturam. Siquidem valē vitreo porrigen homini rediuiuo noui vini poculum, non minimum diuinæ pietatis ostendit omnibus miraculum. O verè pium & magnificum cultorem sanctæ Trinitatis, quem secundum fidem cordis sui in vna die diuina virtus tribus illustrauit miraculū, dum in nomine & virtute sanctæ Trinitatis suscitauit mortuum, & ex more vitrum, & ex aqua fecit vinum. Itaque quem alienis manibus carrua ad sepeliendum illuc aduexit, ipse eam latuus domum reduxit, & quoad vixit, idoneus usque resurrectionis testis extitit.

C A P. XIV.

Vir sèpè nominatus, in quo fides per bona viuebat opera, in paruis quidem rebnon parua dedit miracula, vt per eum in omnibus Christi creceret gloria. Dum aliquando Britannicā circuierat regionem, vt in agro Dominicæ culturę diuinum verbi sereret, offendit subulcum in agro, quem torquebat magna tristitia amaritudo. Custodiens enim gregem porcorum, suem audiè & importunè vastantem leges, dum nititur arcere à damno vicinorum, occiderat eam per incutum lapidum. Pro hac offensa dominum suum timebat, cuius iram ob hoc maximè exasperari credebat, quod septem nati oberrantes, soliti circa vbera defuncta matris lacrime volebant, sed nullam vitæ alimoniam in præmortuo corpore inuenire poterant. Maclouius, quem sibi totum vendicauerat pietas, non potuit sine lachrymis videre subulca lachrymas: & fusæ oratione ad Deum, auri defunctæ suis imposuit baculum suum: & resuscitat ea ad solum tactum, mcerenti reddidit gaudium. Subducere ad dominum retulit, & præconia serui Dei per ora omnium diffidit. Dominus ascenso equo, ore ad os gratias egit sancto viro, & villam vnam contulit ecclesia, & vsus seruorum Dei sub eo.

C A P. XV.

Gessi & aliud quiddam simile, vel pro solo pietatis intuitu satis prædicabile. Impratus Paulum Apostolum, cui manus sua operando supplebant, si quid sibi dicerat: & ipse labori manuum suarum intendebat, quandò ab euangelizandi officio vacabat. Cum quadam die in putanda vinea laboraret cum fratribus, depositam cappam reposuit in abdito, vt operari posset expeditius. Finito opere, cum cappam veller recipere, auiculam, quam vulgo bitrionem vocant, inuenit super eam omniposuisse. Qui sciens nec auiculis deesse Dei prouidentiam, (quippe quarum nulla fine patre Deo cadit super terram) dimisit ibidem cappam, donèc fotis ovis, pullos in tempore excluderet auicula. In qua re & illud mirabile fuit, quod quanto tempore illic cappa iacuit, nulla pluvia illam violauit. Quod quicunque audiérunt, in Dux virtutem cum gratiarum actione magnificauerunt, in homine Dei pietatem laudeuerunt.

C A P. XVI.

In pago urbis Aletha, in qua antistabat Maclouius venerabilis, filiam habebat, pro, antistite gerebat, quidam prenobilis, quam miserabiliter vexabat diabolica infestationis passio interabilis. Omnes enim se contingentes atrectabat morsibus, nec ipsis parcebat, prærentibus

Nec comprimi aut sedari poterat huius malæ valetudinis vehementia, nisi ferreis catenis ardaretur tam immanis insania. Pater, cuius animo, filia ægrotante, nihil poterat esse iucundum, ad medendum filia sua, felicem invitauit Maclovium, quem olim audierat in curationi efficacia esse gloriosum. Nec differt ille misericordiam, sed credens quia facile est Deo, praestare fideliter petenti medelam, pergit ad pueram: & volens diabolicae malitiae comprimerre dolum, sudarium suum proiecit in fronte pueræ collum. Tunc vero potuisse audire horribiles voces dæmonum, seruo Dein hac verba exprobrantium: O transmarine incola, non potuit te sustinere paria tua, qui venisti huc querere aliena, & nos expellere de regione nostra. * Di-
scipulus Christi vilpendens hec inimici improperia, & gaudens cum magistro & Do-
mino suo ibi ea eis communia, cui subdola confessione acclabant dæmonia, Quid Matt. 9.
nobis & tibi, Iesu fili Dei viui? Venisti ante tempus perdere nos? exemplo Dominicæ Luc. 4.
in crepitatione, comprimebat falsitatis vaniloquia. Sciensque hoc dæmonium esse de
illo genere, de quo dicitur à Domino, Hoc genus non potest ejici, nisi in oratione & Matt. 17.
jejunio: fusa super aquam exorcismi oratione, & addita Episcopali benedictione, po-
tum dedit pueræ. Per aque benedictæ poculum, infusa virtute benedictionis per Aquæ bene-
membra pueræ, diabolica immissione diu contrita, cecidit in terram pueræ, quasi diæta expel-
mortua. Paulopost resumpto spiritu, surrexit sana & læta, effugato pessimi peruafo-
ris in petu, & letificauit alios pro integro restaurate in columitatis statu. Pater videns
satisfactum delideris suis, pro gratiarum actione ditauit sanctam Ecclesiam Dei præ-
dijs & xenijs preciosis. Quia gloria aut raro, aut nunquam caret inuidia, non pertulit
diu tantam Maclovi gloriæ antiqui hostis versutia: sed nè in regno Christi inuale-
sicer amplius boni militis gratia, suscitauit contra eum hostes armatos dolo & iniu-
stitia, insuper fultos non medio criter seculari potentia.

C A P. XVII.

Hailoch quidam, qui potenter principabatur toti Britannia, stimulatus in instigatu
diabolice malitiae, copiæ basilicæ destruere, quam beatus Maclovius fundauerat in
prædicio sua parochia. Vir Dei apud aures principis agebat lachrymis & preci-
bus, ut dignaretur desistere à destruccióne Ecclesiastica domus. Sed ille efferatus per
conceptam iniquitatis insolentiam, non poterat mitigari vel refrrenari per aliquam
piz admonitionis gratiam. Contra huiusmodi secularis dominationis potentiam, ad
munimenta & firmamentum sui, solam Maclovius assumpit patientiam. Sed qui ad
uos fideles loquitur per prophetas. Qui tangit vos, tangit oculi mei pupillam. &, Mi-
hi vindictam, & ego retribuam: non dimisit inulant pauperum suorum iniuriam: & Deut. 32.
sicut Saulum recalcitrantem percussit triduana cæcitatem, vt postea totum mundum
illuminet aeterna claritate: percussus & hunc temporali cæcitatem, vt per tenebras
transitorias liberarentur à peccatorum obscuritate. Exemplò ad cor reuersus, & poenit-
tudine precordiali compunctus, ad satisfaciendum Episcopo cucurrit quantocumque, se
reum esse protestans amaris fletibus, se merito ex cæcatum esse confites lachrymosis
questibus. Ille, qui didicerat à magistro summè bonitatis, etiam inimicis esse benefaci-
endum, & pro persequentibus & calumniantibus nos esse orandum, citò & misericorditer
indulxit poenitenti reatum. Et prouidens ei vtriusque hominis salutem, aqua
benedictæ cui perfudit, & oleo sacro oculos eius perunxit, & ita ei pristinum visum Cœco refor-
mavit: pro admissa tamen temeritate congruum poenitendi modum indixit. Dux mat. 5.
videns & anima & corpori vtilem esse suam satisfactionem, Ecclesia Dei non paruam
delegavit terrarum hereditatem, & copiosam in remancipij contulit benedictionem.
Deinde quoad vixit, seruum Dei vii patrem filius vnico amore dilexit, eiique suisque
tutor & adiutor opportunus fuit in omnibus.

C A P. XVIII.

Sic antiquus hostis hoc primo congressu vietus discessit, sed non defatigatus cessit.
Sicut enim olim ipsi Domino congressus, non recessit prima tentatione vietus, sed Matt. 4.
secundò & tertio arma restaurare est ausus: in prima quoque Maclovi victoria non
desistit à suis conatus. Dux Hailoch, qui se totum humiliiter inclinauerat ad Ma-
clovi obsequiam, & pro eius gratia se totum potenter erexerat ad Ecclesiam Dei
tutelam, postquam ingressus est vniuersa carnis viam, morte sua locum fecit ini-
quis opprimendi Ecclesiam. Surrexit enim post eum impia generatio, quæ auersa
facie à Deo, descivit penitus à rectitudinis consilio. Hinc nactus opportunitatem
li 4 diabo.

URRIUS

9025
Robert

RVIII.

5

N O V E M B E R.

380

diabolus, & talibus vtens officialibus, in virum Dei mille insurrexit artibus. Filii ita que Belial Maclouium infestantes execrabilis odio, inuehebantur in eum huinmodi conuicio: *Quis, inquiunt, hic regno nostro improbus successit aduena, qui viligia gumeta bona quaque nobis concitat scandalum?* *Quis est iste pellax sycophanta, qui blanditiis humanae à se alienat peccatorum?* *Quis iste est cupidus hereditipeta, qui ex nostris inconsti- antium.* *Modis sua hic comparat commoda?* Cùm Apostolis & Apostolorum successoribus nihil in terra sit possidendum, hic sub obtentu paupertatis, velat cupiditatis vitium & sub prætextu eleemosynarum, auaritia exerceat emolumenntum: sub obtentu logæ orationis, expoliat domos viduarum. Qui omnia se pro Christo reliquissimetur, & omnia se in Christo habere gloriatur, nos & filios nostros exhaeret, & haereditates nostras sibi audie caput. Qui sua se non curare simulat, cur aliena dispensat. Nihil ergo nobis magis vtile, quaniam iam iamque nostris fessis rebus consulere, & hunc longè à regno nostro exturbare, & haereditates iniustè ecclesijs mancipatas, iterum occupare. Siquidem nobis & filiis nostris nihil reliqui fecit, qui sibi omnia nostra usurpauit. Solam spem futuronrum nobis precio omnium rerum nostrarum vendit quarum vsumfructum ipse impræsentiarum capit. Sæpè lacefentes sanctum vitrum tam iniuriosis inuestigationibus, omni generi persecutionis cum exasperant, & hominem eius saeuis verberibus tormentant: omni rerum direptione omnino Ecclesiastici deuantant.

C A P. XIX.

Quam grauis & intolerabilis hæc persecutio fuerit, ex uno aduerti poterit. Præ rem eius, vocabulo Riman, iniustè compræhensum, indignè casum, vimine vinculis quadrupedem constrictum, ut nullo posset iuuari officio membrorum, super ripas maris reliquerunt solum, vt superueniente aestu maris, absorberetur in profundum. Abstulerunt etiam equos suos sancto viro, nè illi posset adesse subsidio. Solus Episcopo reliquerunt equam, astimantes se per hoc ei facere iniuriam, si vilem afficeret equam. Sacerdos, quod solum potuit, pericitam famulo orando adfuit: omnipotens oranti Episcopo non absuit: cuius fide & oratione ille, qui in articulo mortis iacebat, mirabiliter eusit. Nutu enim eius, cui omnis natura feruit, vnde diuina miraculum. vno longè à iacente pistore aestu maris retinuit, & puerum innocenter mortis positum contingere timuit. Præful ergo pro suis odio vexatum sine mora adiens storem, inuenit eum incoludem, secumque reduxit alacrem.

C A P. XX.

Pontifex Maclouius, qui ante Deum & homines sine querela iustitiam tenere valebat, pusillos Christi adçò ab impijs scandalizari, grauius quam dici posuit, fecerat. Pro illis etiam sacrilegii, tam acuto auaritia simulio instigatis, nimis dolebar quos apud Deum nulla ignorantia excusatio absoluebat, quos videntes & volentes Nota lector cupiditas in præceptra trahebat. Indè enim nequam & liuidum inuidia oculum habebant, vnde patres eorum boni fuerant. Patres quippè eorum peccata sua, eleemosynas faciendo, redemerant: isti, eleemosynis derrogando, peccata sua cumulauerant. Ille doctus in patientia sua possidere animam suam, Si, inquit, Dominus meus Iesus Christus, fugiendo declinauit. Iudeorum perfidiam, cur ego homunculus non deuitem cedendo istorum malitiam? Ecce quia isti vt vulpes soureas dolositatis, & vt volucres habent nidos vanitatis, & nos cum filio hominis non habemus, vbi caput reclinemus in illi cedamus, & occasionem peccandi in nos, saltē fugiendo tollamus. Excutiendus puluis de pedibus nostris in testimonium illis. Et quia non sunt hæc filii pacis, aperte quos pax Christi requiescat, pax nostra ad nos redeat. Quandò dixit Dominus noster Iesus, Cùm perfecuti vos fuerint in ciuitate ista, fugite in alia: præudit profetò haec fugiendi occasionē quandoquæ nobis incutiemad. Agamus itaque, fratres, initia ter: cedamus, quæso, patienter. Ita vir pius excretatus illam pessimam generationem intulit illis meritam maledictionem, quia elongauerant a se benedictionem. Sic Moses ille mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra: sic Elsaias, sic leumias, offensi ceruicola ingratia populi duritia, obligauerunt eos deuotatione pessima scilicet imprecantes propter eorum impenitentiam, nè attenderet Deus eorum vota vel sacrificia. Eliseus quippè insultans sibi pueros maledixit, & maledictione pœnae eos addixit. Quid de dominoru Domino dicam, qui in fulcinea propter infunditatem & eius a se maledicta, & arefacta, deuotationi subiecit dignam maledictione Iudeorum perfidiam? Hoc exemplo beatus Maclouius maledixit suis, vt tradidat

DE S. MACLOVIO EPISCOPO ET CONFESSORE. 381

Filiis
dium
ui vige
ditu
is incon
efforbu
is virtut
entulon
se men
t, & han
dispensa
e, & hum
as, item
nia nos
um vend
um viru
um homin
esiam. Co
rit. Pict
vime
um sup
n prot
o. Solu
m affec
uit: omni
lo mortu
milliani
morti op
adiens p
nere vo
fiss, ferre
dolebat
volente
cum habe
eleme
ulauerit
neus levi
m ceder
es haben
us in ill
endens t
acis, apu
us noite
s, infat
ationem.
Sic Mo
s, sic leu
pefuma
s corum
distinc
ter infis
naledic
ve tradic
latana

satana in interitum carnis, animabus tamen eorum resertata spe salutis, desisterent ab opere iniquitatis: & qui propter duritiā cordis sui thesaurizauerant sibi Dei iram, tandem emolliit per penitentiam, reconciliarent sibi Dei misericordiam.

CAP. XXI.

Ergo per scandala impiorum expulsus à suo Episcopatu, apparato omnis profec-
ditionis commeat, collecto quoquè fidelī monachoru[m] discipulatu[m], longo na-
vigatione exāsto cursu, tandem potitus Aquitanie regionis portu, & deueniens ad Migrat in
partes Santonicas urbis, primò omnium interrogandum esse putauit, si illis in locis Gallias, pul-
vigeret titus Christianitatis. Responsū est ei id, quo nihil potuit audire gratius, sus à fede
palermiō feruere religionem Christiani cultū. Perrexit quærere, quis ibi Episcopali
præsideret cathedræ, & lāta audiuit aure, * Leontium Ecclesiastice prouisioni super-
intendere, virum diuinæ sapientiae & humanae scientiæ præditum dignitate. Ipse ex-
ultans, quod arriderent sibi prima optatae prosperitatis auspicia, spem concipit ex
rerum cōuenientia, quod decāterō omnia sibi cedere debeant ex sententia. Electos
itaque ex suis legatos fidenter ad Episcopum dirigit, causam suæ peregrinationis ex
ordine dixerit, locum sibi ad habitandum ab eo concedi humiliter expetit. Plenus
ille spiritu prophetico, gaudebat animo se diuinitū visitari, procurato fraternæ
societatis solatio. Exertaque hilariter manu liberalitatis suæ, tribuit ei locum habita-
tionis congrua, secundum Apostoli præceptum, paratus ex sua copia illius in opiam 2. Cor. 8,
supplere. Populares quoquè delectati odore eius bona conuersationis, ei suisque
admirababantur multis donarijs, volentes etiam ipsi participari fructibus alieni
laboris.

CAP. XXII.

A Gebatur nanque non casu fortuito, sed dispensatio diuinitatis consilio, ut quo sacerdoti nomi-
natius diversis in locis diffinabatur tanti viri peregrinatio, eo diffusius magnificis eius fa-
cetur nominis eius cognitio. Filia Comitis, qui pago Santonico principabatur, ma ybiq[ue]
per patris sui viridarium cum pedissequis suis exercebatur: vbi dum incaute incedit,
veneno occulti serpenti iſtu vulnerata ingemuit, & magnam cunctis ciuilandi oc-
casione dedit. Pater inconsolabiliter lugebat, mater materno dolori temperare
nesciebat, que vitam filie inter spem & metum fluctuare videbat. Omnis familia la-
mentabatur, tota ciuitas ferali iustitia afficiebatur. Tandem hoc solū dolor admisit
consilium, ut quia nihil humanū poterat valere auxilium, à beato Maclovio diuiniū
quereretur solarium. Vt consultum est, ita & factum est. Ad pedes Maclovij ventum
est, & vorum fideliter perentium frustratū non est. Episcopus ad orationis subsidium Carat puel-
confudit, aquam exorcizatam benedit: ex ea folium hederæ perfudit, folium loco lam serpen-
vulneris superposuit. Contra vim sacra benedictionis, non potuit subsistere vis vene-
nosa pestis. Videres eximis visceribus pestiferū virus elici, & ad locum folio hederæ
obdūculum contrahi. Quod stolido in terram guttatum, corpus puellæ reddidit il-
lam. Itameritis Maclovij redintegrata est puellæ fospitas, auta est parentibus iu-
cunditas, cunctos videntes & audiētes confortauit in fide Christi miraculi nouitas.
Pater non ingratius beneficio, villam suæ præprietatis delegauit Dei famulo, ut habe-
ret, vnde tribueret necessitatē parentibus pro Christo.

CAP. XXIII.

Venerabilis Leontius videns beatum Maclovium meritis & virtutibus glorifica-
ri, coepit animo secum non modicè lātari, quod diuina pietas cum tanto & tali
hostipe voluerit consolari. Vnde suam diœcesim iustraturus, cum vt secum pergeret,
obnixis cogit precibus. Venerunt itaque ad villam, quam antiquitas appellauit
Bream, geminis ecclesijs in honorem Dei nobiliter insignitam. Leontius vt Maclo-
vium arctius applicaret sibi, ynam earum attribuit eius habitationi, alteram retinuit
suo iuri. Quod quantum Deo placuerit, ex eo sati sapparuit, quod præsenti miraculo
ibidem eos Dominus letificauit. Illucescente die cum lauari veller Episcopus, puer sua.
familiaris ad hauriendam aquam cucurrit oxyus. Qui dum incaute haurit, elaps
pede, in puteum corruit, & aquarum mole oppressus interit. Exortus est subito
clamor & gemitus, fit vndique frequens populi concursus. Accurrit pater lugubris,
non moratur adesse mater miserabilis, inulta facie & nudato corpore, sparsisque
capillis compassionem in cutiens vniuersis. Mouet cunctos, & maximè parentes, flos
atatis delectabilis: erat quippè puer iam duodeennis. Auget tumultum concurren-
tium frequentia innumerabilis: erat enim puer parentela nobilis. Leontius corde
premens

URRIUS

9 Dec
Mober

RVIII

S

premens dolorem, & in Domino retinens spem & bonam fidem, iussit deferre gloriam defuncti in templum, quod destinauerat ad sancti Maclovij partem. Vixque ad auroram sequentis dici, parentes circa corpus excubias celebrarunt ritu solenni serui Dei pernoctantes in oratione, non dissidebant de eius bonitate. Mane factus sanctus Maclovius omnes eliminata templo, duos tantum monachos retines secum

Renocat ad cum quibus familiariis interpellaret Dominum. Cum his ergo sepiet flexis genibus orauit ad Deum quam poruit affectuosis, donec sensit animam innocentis pueri fundi membris rigidibus. Assurgente puer, & adstante ad testimonium miraculi quid alacritatis habuerint Episcopi, quid stuporis passi sunt astantes populi, quas gentes omnes una voce reddiderint omnipotenti, superfluum est inculcare sermonem multiplici. Miraculum enim, quod pro commendanda famuli sui sanctitate monstratur diuinitas, latius diffamabat resuscitati pueri nobilitas, & gratia accipiebat affectuosa parentum charitas. O virum prædicabilem per omnia, o sanctum sancti mortuorum suorum suscipiens, ferendum in miraculorum magnificentia, qui & ipse exemplo Iesu Domini sui trinitatis suscitavit mortuos, in Trinitatis inuocatione efficacissima.

C A P. XXIII.

Nec illud subtraham de tantarum virtutum catalogo, quod adhuc gestum est pago Santonicu. Mulier quædam, nomine Bona, quæ vitam suam laudabilem agebat in viduitatis continentia, annis quatuordecim fuerat cæcitate obruta. Quæcepit lumen. obtutibus sancti viri fideliter præsentata, luci pristinæ est redditu.

C A P. XXV.

Porrò homines illi, qui in Britannia virum Dei exacerbaverunt, & improbitatem obstinationis suæ se, terraque suam ab eo malediciti pertulerunt, maledictione Malè plœctū vindictam effugere non potuerunt. Terra enim in opere impiorum maledicta, tur in frugibus, quam in pomis omnium generum, sterilia & infrustrata est redditum Dei. Habitatores vero eius mille modis morborum deuotati, alij membrorum debilitate se repulerat coeperunt contrahi, alij lepra squalebant, alij visu se priuari dolebant: isti oris officia defitui, alij se auditu plangebant diminui. Nec aliquis erat omnium, qui cælesti vindictam effugeret iudicium. Tandem per culpa vindictam cognoscentes seruam suam, nec valentes, nec valentes ultra sufferre maledictionis & vltionis molestiam, communicato consilio deliberauerunt, à sancto viro humiliter implorare veniam. Missa itaque ad eum legatione, poscunt cum cordis cōtritione, et aboliuntur ab illata maledictione, spondentes, si eos dignaretur sua reuersione, deinceps et obtemperatus sine aliqua contradictione. Amator pietatis & misericordia Maclovius, vbi pœnitentiam patriotarum accepit, summam consilii ad Leonium venerabilem detulit: Leontius hanc ad ipsum Deum referendum censuit. Vterque indicto sibi triduano ieiunio, exorant sibi reuelari à Domino, quid super hoc fieri esset opus factio. Inter orandum Angelus Domini Maclovio adstitit, eique ex ore Dei hac suggestit: Oportet te, o amice Dei, Britanniam reuise, omnem maledictionem auferre, homines salutifera benedictione sanare, terra vberatam reliuire. Deinceps debes Santonas repeter, quia illic habes propediem obire. Sanctus iesu que vir secundum Angelicam reuelationem repatriauit, terram homines que sua benedictione sanctificauit, Deoque largiori omnium bonorum eos orando commendavit. Sicq; omnis terra repleta est dapsili vberatæ per eum benedictionem, quæ ante damnata fuerat per eum maledictionem. Ita factum est omnibus palam, quod portifex pius hanc maledictionem non intulit per aliquam malevolentia intemperiam, immò per vitem seueritatis benevolentiam, vt per hanc necessitatem falten inuiti traherentur ad pœnitentiam. Britanni denique compotes voti sui effecti, canentes & optimates regni, quam Clerus & Episcopi in vnum coniuncti, felicem virum poscebant cernui, vt reliquum vitæ suæ dignaretur secum agere, vt per eum coniuctum, Dei gratiam mererentur acquirere. Ille hoc fieri posse abnuit, & simili impossibilitatis suæ causam eis humiliter aperit, & vocationis suæ tempus sibi impetrare prædictit, & hoc apud Santonas sibi esse à Deo determinatum, ex verbis Angelis didicisse dixit. Britanni flentes, & timentes adhuc cælestis ire veligia restare, qui nec in vita, nec in morte digni essent talem patronum habere, cum gaudio pacis & dilectionis eum prosecuti, vix tandem passi sunt ab eo separari.

C A P. XXVI.

Angelus ei apparuit. Inter orandum Angelus Domini Maclovio adstitit, eique ex ore Dei hac suggestit: Oportet te, o amice Dei, Britanniam reuise, omnem maledictionem auferre, homines salutifera benedictione sanare, terra vberatam reliuire. Deinceps debes Santonas repeter, quia illic habes propediem obire. Sanctus iesu que vir secundum Angelicam reuelationem repatriauit, terram homines que sua be

Iram Dei à Britannia auerterit.

Irā Dei à Britannia auerterit.

Deinceps debes Santonas repeter, quia illic habes propediem obire. Sanctus iesu que vir secundum Angelicam reuelationem repatriauit, terram homines que sua be

benedictione sanctificauit, Deoque largiori omnium bonorum eos orando commendavit. Sicq; omnis terra repleta est dapsili vberatæ per eum benedictionem, quæ ante damnata fuerat per eum maledictionem. Ita factum est omnibus palam, quod portifex pius hanc maledictionem non intulit per aliquam malevolentia intemperiam, immò per vitem seueritatis benevolentiam, vt per hanc necessitatem falten inuiti traherentur ad pœnitentiam. Britanni denique compotes voti sui effecti, canentes & optimates regni, quam Clerus & Episcopi in vnum coniuncti, felicem virum poscebant cernui, vt reliquum vitæ suæ dignaretur secum agere, vt per eum coniuctum, Dei gratiam mererentur acquirere. Ille hoc fieri posse abnuit, & simili impossibilitatis suæ causam eis humiliter aperit, & vocationis suæ tempus sibi impetrare prædictit, & hoc apud Santonas sibi esse à Deo determinatum, ex verbis Angelis didicisse dixit. Britanni flentes, & timentes adhuc cælestis ire veligia restare, qui nec in vita, nec in morte digni essent talem patronum habere, cum gaudio pacis & dilectionis eum prosecuti, vix tandem passi sunt ab eo separari.

DE S. LEOPOLDO CONFESSORE.

383

Ligitur Santonas regressus, noctu & interdiu ob suu custodiam eo laborabat vigilius, quo Dominum in proximo esse didicerat certius, vt, quacunque hora veniret, vigilans & paratus pulsanti aperiret. Qui enim tam longo aetatis tempore bonum eterram certarunt, & tandem cursum consummauerat, de religione coronam iustitiae reposcebat, quam sibi iustus index reposuerat. Reddidit ergo terra, quod Decedit e vita. erat suum: calix cum tripudio sanctorum eius excepérunt spiritum. Recepturus mercem laborum, deductus est in via mirabilis manibus Angelorum. Qui enim in terris Angelicam vitam duxerat, modo in celis eis conuiuendo aeternaliter exultat. Vixit Prolixa eius annis, obiit 17. Calendas Septembri.

C A P . XXVII

CAT. XXV
Lentius Episcopus gaudens super thesauro sibi cælitùs destinato, & posteris suis externaliter profuturo, decreuit eum glorificare honorifico sepeliendi officio: constructaque noua ecclesia, corpus eius, ut spiritus sancti organum, in illa sepeluit Honorifica sepulcra. cum decenti reverentia. Nec potuit abscondi in terris, cuius meritum modo esset in calis. Eodem enim die, quo in mausoleo positus est, duobus cæcis visus redditus est, Miracula, energumenus à dæmonis infestatione liberatus est. Die post humationem tertia, contracto cuidam restitura est medela, muto loquela. Postmodum vero meritis S. Maclouij tanta Dominus gesit ibidem miracula, quanta nec narrare lingua, nec contineat membrana. Multiplicibus ac frequentibus sancti huius intercessiōnibus, subueniat nobis omnipotens Deus, cunctisque eius præconia celebrantibus: Qui vinit & regnat per æternam seculorum secula, Amen.

ORATIO DE SANCTO LEOPOLDO AV-
STRIAE MARCHIONE ET CONFESSORE, HABITA A

Francisco Patau Aduocato consistoriali, 12. Calendas Decembris anni

1484. sedente Innocentio VIII. & Friderico III.

*Imperatore suadente: in pubblico
consistorio.*

Iquam dicendi facultatem, si quod humanum ingenium possit satis exequi laudes diu Leopoldi existimarem, P. S. Cap. 15. Nouissima Reuerendissimi domini: non ego apud vos adeo auderem, ut viri tanti virtutes exiguis dicendi viribus vellem attingere, & debilis in re tanti ponderis inexercitatusque athleta certamen hoc inire perarduum. Sed quoniam nemo tam eloquens, tam felici ingenio præditus est, ut eius magnitudini virtutum orationem xquare valeat: immo cuiusvis disertissimorum eloquentia, studium, opera, facultas, ingenium, longe superatur & deficit, cum vel cogitare, vel exprimere verbis conatur, quantum moribus, quantum denique tota vita claruerit: hinc ego, et si in hoc mihi inusitato gene- 5. Leopoldus moribus & re dicendi parum vehemens orator videar, tamen pro mea tum in eum ipsum pietate, tum in viuferam Christiani ritus religionem obseruantia, dicendum vel id mihi pro viribus censeo. Neque enim id alienum sive officium sive patrocinium à quolibet pero homine Christiano, quando omnes debiliores sunt, quam vt de tanta re satis dicere queant. Accedo igitur ad vestrum venerandum & planè diuinum conspectum: vestra vt liberi dignitate, frater videlicet pietatis quo fungor officio, certusque apud vos plus valere loquentis animum in causa pia, honesta, religiosa, sancta, quam orationis copiam & ornamenta vacua negocio rerum & autoritate. Et si mansuetudo sanctitatis vestra sepennerò mihi pias humanasque causas & propauperibus perorant faciles porrexit aures: quanto faciliores in praesentia sperare possum illas mihi porrigi? Cum hic de religione, de vera, de sancta republica, de fide agatur catholica: dum virum insignem pietate laudamus, eumque ipsius referendum in sanctorum numero ducimus. Leopoldum dico, quem solum in terris Deus ipse immortalis nobis precipuo exemplo constituit. Alios nanque ad beatam vitam liberius euerit solitudo, atque ab humanis negocijs separatio, remotaque vita & a seculi curis penitus expedita. Vnum hunc inter paucissimos mortales humanis implicitum tebus

URBANUS

95
September

RVIII